

**P**salmus. XIII. in quo propheta increpat iudeos qui venienti xpo non crediderunt.

**P**opulus iudaicus.

**I**nsipiens videns

xpm humana carne tectum et in humilitate dixit non solus ore sed etiam corde non est hic homo deus nec qui predicatus est a prophetis

Et ideo dixerunt. quia Corrupti sunt dum a scripturarum sanitate recedentes in sensus probati sunt incidisse viciosos abominabiles. id est deieci et despicabiles in oculis domini in cogitationibus suis non est qui faciat bonum meritum nisi qui pervenerint fide et caritate usque ad Christum de quorum numero fuerunt omnes sancti novi et veteris testamenti.

Et hoc verum est. Quonia deus pater de altitudine sue divinitatis propexit super iudeos patriarcharum hominum rationabilium filios ut videri faceret si aliquis forte divinitatem filii in assumpta humanitate latentem vera fide cognosceret et bona operatione requireret.

Quales autem reperit ostendit dicens. Omnes tam maiores quam minores declinaverunt a rectitudine iusticie originalis. totum enim humanum genus obnoxium fuit peccato originali. quoniam omnes simul in primis parentibus peccato infecti inutiles facti sunt. id est non valentes consequi vitam eternam ad quam participandam factus erat homo nec unquam reperit est qui faciat bonum meritum super ne beatitudinis nec etiam unus in filios hominum reperit est.

Verè inutiles facti sunt. quoniam Sepulcrum patens est guttur eorum fetidos odores exalans verba eorum fetida sunt et pestifera corruptiva bonorum morum et ne soli pereant linguis suis dolose agebant. quia sub specie boni habet consilia dolosa. dogmata labiorum suorum venenosa sunt et mortifera. sicut est venenum

aspidum insanabile.

Quorum os maledictione id est blasphemia in deum et amaritudine in primum plenum est prompti et expediti sunt affectus eorum ad effundendum sanguinem christi et suorum.

Quo sunt potissima mala que iudei perfidi incurruerunt ex operibus eorum malis. Primum est. Contritio siue punitio in presenti per romanos. alterum est perpetua in futuro damnatio ubi est omnis miseria. et hoc ideo quia christum qui est pax nostra cecati corde intelligere noluerunt que omnia ideo contigerunt quia non fuit timor dei ante oculos eorum.

Non timent nunc. sed Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem quandoque dei iusticiam. utique cognoscent experiendo in futuro iudicio quando se viderint bonos ad eterna premia divinitus invitari. se vero ad eterna supplicia nunquam finienda transmitti qui deorant plebem meam simplices christianos quodiana rapina sicut escam panis consumerent.

Hoc enim ideo contigit iudeis. quia Verum venientem in carne non crediderunt illic. in damno rerum temporalium trepidaverunt timore ubi non fuit iusta ratio timoris sicut Pilatus timore cesaris ut iudei timore romanorum ne locum et gentem perderent abiecto timore dei christum occiderunt.

Cognoscent inquam Quoniam deus in generatione iustorum est iustus enim est et iusticias diligit. sed vos miseri iudei consilium Christi inopis suscipere nolulistis qui ad vos venerat liberandos humilem adventum et consilia eius contempsistis. quia in eo non vidistis pompam seculi. qui ideo in humilitate venit ut quos vocabat doceret in deo solo spem ponere non in rebus seculi transiuntibus.

Quos iudei confudistis id est reputastis consilium christi hoc stultum fuit. quia Quis dabit venientem

ex iudeis qui sit saluator israel et ec-  
clesie gentium nisi deus pater qui xpm do-  
minum mittere dignatus est omnium recte  
credendum saluatorem. qui cum damna-  
uerit diabolū qui impia crudelitate ple-  
bem dei persequatur et tenebat captiuas  
exultabit et letabitur iudeorum et gen-  
tium populū quando ad regnum celorum diui-  
na miseratione puenierit.

**Psalmus. XIII.** in quo propheta  
querit quis digne in presenti ecclia  
deo militat et in futura vita requiem  
sit habiturus.

**D**omine quis di-  
gne habitabit in taberna-  
culo tuo. s. i. presēti ecclia mi-  
litante in quo multi sunt corpore qui nō sūt  
fide. multi nomine q̄ non sunt numine aut  
quis requiescet in mōte eterne bea-  
titudinis tue.

**Responso**

Qui immunis est ab omni labe pecca-  
ti mortalis et operatur iusticiā dei prece-  
pta inuolabiliter obseruando.

Qui loquitur veritatez prout existit in  
corde qui nō egit dolū in lingua sua  
aliud habens in ore et aliud in corde ad de-  
cipiendum proximum.

Nec fecit cuiq̄m hominū malū in fa-  
cto nec corporaliter nec spūaliter nulli frau-  
des machinatus est et obprobriūz detra-  
ctionis aduersus proximos suos non ac-  
cepit in corde temere aut libentē criminato-  
ribus credendo. aut ore defectus eorum preteri-  
tos improperando aut ad eorum infamiā alijs  
propalando nec in aure libenter detracto-  
res audiendo.

Qui ita fortis est q̄ ad nihilū reputa-  
tus est in cōspectu eius malignū dya-  
bolus vel homo mala suggerens. sed timē-  
tes deum v̄pute virtuosos dignos glia  
et honore iudicat et honorandos de-  
monstrat.

Qui iurat proximo suo aliqua facturū et  
non decipit sed ea firmiter obseruat qui

pecuniā suā non dedit ad vsuram et  
munera vt innocentiū causam depamat  
non accepit.

Qui facit hec que dicta sūt incōcussa sta-  
bilitate in pace requiescet in mōte sā-  
cto dei mōte felicitatis eterne

**Psalmus. XV.** in quo agitur de chri-  
sti resurrectione.

**Vox christi.**

**D**omine serua me do-  
mine in pericula et libera me  
de morte et fac cito resuscitari

de sepulcro et debes quoniam speravi in te nō  
in alio et dixi domino corde et ore et ope  
deus meus es tu in eo q̄ homo sum et ve-  
re deus quoniam bonorum meorum aut ali-  
cuius alterius non eges hoc enim est pp̄-  
um tue diuinitatis qui sōs es omnis boni  
sed ego sōm q̄ homo et mei egem bonis tuis

Inter alia a patre meo Robitui q̄ In  
sanctis apostolis et discipulis meis. qui  
spe ciues sūt terre viuētium mirifice  
adimpleuit voluntates meas illustrans  
do eos luce sue sapientie et sciētia predicā-  
di et confirmando miraculis predicationes  
eorum.

Bene autē mirificasti voluntates meas per  
sanctos meos apostolos. quoniam et si mul-  
tiplicate fuerint apud gentes cecitates  
idolatrie nihilominus per apostolorum me-  
orum predicationem dimissis idolis ad fides  
velociter conuerterunt

Non congregabo per aplos conuētus  
fidelium. s. m. ritū veteris legis. nō enim cō-  
uentus eorum erūt carnales nec de sāgui-  
nibus pecudū propiciatus congregabo eos  
nec memor ero nomē eorum per labia  
meorum quia noia illa antiqua que infideles  
habuerūt p̄ sequentē gratiā sunt cōmutata

Quis enim dicitur sunt filij ire. filij dyaboli.  
filij carnis. post aduentū dñi sacris fōibus  
renati appellari sūt xpiani filij dei amici spōsi

Portio enim hereditaria mea. et meo-  
rum non est terrena tora delectatio et potus  
meus et eorum nō est carnalis sed est de-

b